Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

de iiij dni.

sit multociens. et eis qui habent eam nichil prodest. Aug. Est autem pax serenitas mentis tranquillitas animi simplicitas cordis amoris vinculum consortium caritatis. Nec poterit ad hereditatem domini pervenire qui testamentum pacis noluit observare. nec potest concordiam habere cum xpo qui discors voluit esse cum xpiano. Crisostomus.

Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia dixi vobis vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis

Quia dixerat pacem relinquo vobis. quod erat recedentis. et hoc poterat eos conturbare. ideo ait. Non turbetur cor vestrum nec formidet. quorum hoc quidem ex dilectione. illa vero ex formidine patiebantur. Aug. Hinc autem turbari et formidare poterat cor illorum. quod ibat ab eis. quamvis venturus ad eos. ne forsitan gregem lupus hoc intervallo invaderet. pastoris absentia. unde sequitur. Audistis quia ego dixi vobis vado et venio ad vos. Iuxta autem id quod homo erat. et manebat iuxta id quod deus erat. Cur itaque turbaretur et formidaret cor. quoniam sic desereret oculos ut non desereret cor. Ut autem intelligerent secundum id quod homo erat eum dixisse. Vado et venio

priusquam fiat: ut cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius et in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem. Et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Surgite eamus hinc.

ad vos. subiecit atque ait. Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem. quia pater maior me est. Per quod ergo filius non est equalis patri. per hoc erat iturus ad patrem. a quo et venturus est iudicaturus vivos et mortuos. Per illud autem in quo est equalis gignenti. numquam recedit a patre. sed cum eo est ubique totus pari divinitate quam nullus continet locus. Ipse ergo filius dei equalis patri in forma dei. quia semetipsum exinanivit. non formam dei amittens sed formam servi accipiens maior est et se ipso. quia maior est forma dei que amissa non est quam forma servi que accepta est. Hoc igitur est forma servi in qua dei filius minor est non solo patre. sed et spiritu sancto. Secundum hanc formam servi puer xpc et parentibus suis minor erat quando prius maioribus subditus erat. Agnoscamus ergo geminam substantiam xpi divinam. quia equalis est patri. humanam quia maior est pater. Utrumque autem simul non duo sed